

HISTORIÆ GERMANICÆ. 155
0 gismundi vocem, ceteri Electores, com-
- muni que assensu illam approbantes, ipsum
2 Sigismundum Wenceslai fratrem Cæsa-
- rem consulunt. At enim de Dubra-
vii narratione vel ob id dubites,
quod Sigismundus ipse electioni
non adfuerit, led vices ejusdem ges-
serit Fridericus Noribergensis Burg-
gravius: uti patet ex Electorum di-
plomate Spirensibus misso, & a Leh-
manno lib. VII. Chronicis Spirensis cap.
LXXXI. exhibito.

§. CCXV. Comprobavit Sigis-
mundus a Carolo patre factam Gal-
lis sive de Delphinatu, sive de Vica-
riatu Arlatensi concessionem. Un-
de reæte comprobat Conringius, hoc
ipso ævo Galliæ Reges sumimam Im-
perii Germanici potestatem in re-
gnum Arelatense & Delphinatum
agnovisse.

§. CCXVI. Auctore Sigismundo, ad
sopienda ecclesiæ schismata habitum
est concilium Constantiense, in eo
quidem laudandum, quod motis se-
G 6 de